Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uemisti. Tunc accesserunt & manus injecerunt in iesum. & tenu
erunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum iesu. extendens man
um exemit gladium suum. & percutiens seruum principis sacerdo
tis amputauit auriculam eius. Tunc ait illi iesus. Conuerte
gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium. gladio
peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum. & ex
hibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. Quo
modo ergo implebunt scripture. Quia sic oportet fieri. In illa hora
dixit iesus turbis. tamquam ad latronem existis cum gladiis &
fustibus. comprehendere me. Cotidie apud uos sedebam docens in
templo. & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est. ut impleren
tur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt. At illi te
nentes iesum duxerunt ad caiphan principem sacerdotum. ubi scribe
& seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum alonge. usque in a
trium principis sacerdotum. Et ingressus intro. sedebat cum ministris.
ut videret finem. Principes autem sacerdotum & omne concilium querebant
falsum testimonium contra iesum. ut eum morti traderent. Et non inuene
runt cum multi falsi testes accessissent. nouissime autem uenerunt duo
falsi testes. & dixerunt. Hic dixit. possum destruere templum dei. et
post triduum edificare illud. Et surgens princeps sacerdotum. ait illi.
Nichil respondes ad ea. que isti aduersum te testificant. Iesus autem
tacebat. Et princeps sacerdotum. ait illi. Adiuro te per deum uiuum ut
dicas nobis. si tu es xpc filius dei. Dicit illi iesus. Tu dixisti. Ue
rumtamen dico uobis. amodo uidebitis filium hominis sedentem a dex
tris uirtutis & uenientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit
uestimenta sua. dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus.
Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur. At illi respon
dentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc exspuerunt in faciem eius. & co
laphis eum ceciderunt. Alii autem alapas in faciem eius dederunt dicentes.
Prophetiza nobis xpe. quis est qui te percussit. Petrus uero sedebat foris
in atrio. Et accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum iesu galileo